

Nec omittam, ut primum est occasio, Tampachium, ut excusas huc mittat, orare. Literas hic habes à filia, quas nuper curandas ad me Durlacomisit. Eo namque familiaritatis, bona cum pace tua, processimus; ut, quod amantes solent, subinde literis invicem appellemus. Et profectò valde illam amo, tum quia tua est, tum etiam quod in ejus epistolis mirifica quædam & supra sexum prudentia elucet. Ego jam denuò Dn. Bartschium de ambienda illa submoneo. Faciet, si sapit: nec vos negabitis, si virtutem hominis, suo pretio, quod facitis, æstimare potestis. Certè si res ad votum procedit, jam nunc spem firmam concipio, fore, ut olim in hac ipsa urbe, in tuorum (quibus & me velim annumeres) amplexu conspectuque quietum & optatum senectutis nidum

dum